

putari quae uera esse per spexeris tene & ecclesiae catho-
 lice tribue quae falsa respue & mihi quum mihi homo sum
 ignosce quae dubia crede donec aut respuenda esse
 aut uera esse aut semper credenda esse uel ratio doce-
 at uel praecipiat auctoritas. Intende igitur in haec quae
 sequuntur diligenter & pie quantum potes. Tales enim
 ad * iuuat dī nulla uita est quae non sit ex dō quia
 dī utiq; summa uita est & ipse fons uitae. Nec aliqua
 uita in quantum uita est; malum est sed in quantum
 uerget ad nequitiā. mors autem uitae non est nisi ne-
 quitia quae ab eo quod ne quisquam sit dicta est. &
 ideo nequitas in homines nihil homines appellatur
 uita ergo uoluntario defectu deficiens ab illo quae
 fecit & cuius essentia fruebatur & uolens contra di-
 legem fruī corporibus quibus eam dī per fecit uerget
 ad nihilum. & haec est nequitia non quia corpus non
 nihilum est; nam & ipse habet aliquam concordia
 partium suarum sine qua omnino esse non posset.
 ergo ab eo factum est & corpus qui omnis con cor-
 diae caput est habet corpus quandam pacem sicut
 formas sine qua prorsus nihil esset. ergo ille est